

Pars 3. à Prælio Marathonio ad finem Chronici.

61

domos quisque suas reduces fuerint. Etenim mortuis suis sepeliendis, spoliis colligendis & dividendis, πᾶ ἀριστεία palmas sive primas virtutis, juxta suum cujusque locum & merita decernendo, præmiaque & honores largiendo, sacraque & triumphalia ludicra peragendo, de vindicta fumenda contra Thebanos, aliosque qui à Xerxis partibus steterant, reque publica Græcorum contra Persam deinceps incolumi servanda consultando, &c. plusquam biestrem eos infumisse ad Platæas significat Plutarchus in Aristide, nempe usque ad medium mensis Mæmaæterionis Atheniensibus, Alalcomenii Bœotidis dicti; ita scribens, Τῷ Μαμακτηριῶν μηνός, ὃς ἔστι πρὸς Βοιωτῶν Ἀλαλκομένιος τῆ ἑκτῆ ἡμέρᾳ πέμπτῃ [τῆς πεσῦσιν ἐπὶ Πλαταιαῖς] Mæmaæterionis mensis [Attici,] qui Bœotis dicitur Alalcomeniū, die decimo sexto mittunt pompam sive ferulum iis qui ceciderunt acie Platæensi. Quandoquidem igitur annus ille primus Olympiadis 75, jam media ex parte transactus esset, antequam etiam victores Græci è bello Medico domum salvi se recepissent; aliter autem ne biennium quidem illud durasse diceretur, nisi tempus putetur à desinente hyeme anni tertii Olympiadis 74, quâ Græcorum duces sub Xerxis transitum in Græciam, copias conscriberent, cogerentque ad sui defensionem, usque ad ineuntem hyemem hujus anni, quo eandem Sacramento militari solverent & dimitterent: Eratosthenes alique eum sequentes hunc annum imputarunt Bello Medico, cujus potior pars potissimæ parti illius infumta fuit; colligentes annos 297 ab Epocha Olympica ad Xerxis ἄναρχον, per ἄναρχον intelligentes idem quod Thucydides per ἀναρχον, scilicet discessum, & fugam, & quidem duarum posteriorem & ultimam, quâ procul à belli conspectu, quo aliquatenus adhuc fruebatur Sardibus, ad intimâ tutissimæ Imperii sui se recepit: atque ab eadem triumphali hyemē infecutâ Platæensem & Mycalensem victorias, ad hyemem infecutam pugnam Potidæensem, quâ totâ hyeme jam incensum illâ pugnâ gliscebat bellum Peloponesiacum, quod sequente vere, (& quidem primo actu hostili, earundem Platæarum Athenis confederatarum invasione à Thebanis confederatis Lacædæmoniorum) exarsit, annos 48: quot nimirum anni tum à victoriâ Platæensi ad pugnam Potidæensem, tum à fine hyemis triumphalis illam victoriâ infecutâ ad Thucydideum initium belli Peloponesiaci præcisè exacti sunt.

At si Eratostheneam ἀναρχον intelligamus transitum Xerxis in Græciam, vernâ tempestate anni Olympiadici 297, sive prima Olympiadis 75, nec dum quidem finiti, sed propemodum desinentis: prælium Salaminium cadet in annum secundum ejusdem Olympiadis, Platæense vero in tertium: quod neque ipse Scaliger defendere ausus fuerit.

Porro eodem anno, quo pugna ad Platæas Mardonius occisus est, & confectum bellum Medicum: ignis effluvium in Sicilia factum circa Ætnam, mutilis Marmoribus significatur. Thucydides autem sine libri tertii, & anni sexti belli Peloponesiaci, in adversariis nostris scribit in hæc verba, Ἐρρύει δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ ἔαρ τῶν ὀβυαξ τῷ πυρὸς ἐκ τῆ Ἄιτνης, πέντην ἑταί μὲν τὸ πρότερον ῥεῦμα. Effluxit autem circa hoc ipsum ver, effluvium ignis ex Ætna, anno quinquagesimo post prius effluvium. Sextus annus belli Peloponesiaci juxta Thucydidem incepit desinente fere secundo Olympiadis 88, Archonte Athenis Euclide; atque ineunte anno 454 ante Evang. inter quem & Xanthippum Archontem, intervenerunt anni 53. Unde colligere licet, prius illud effluvium, subinde iteratum post aliquot dierum aut mensium intervalla, durasse ad triennium, inde vero cessasse demum per annos 50, usque ad tempus à Thucydide notatum; tunc autem rediisse, & ut fieri solitum, diebus sive vicibus aliquot utique continuatam iterum cessasse, usque ad Olympiadem 96 ineuntem Archonte Athenis Phormione, annum autem 424 ante Evang. quo tempore refert Diodorus Siculus, libro 15. πρὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πρὸς ἀναρχον ἐκ τῆ Ἄιτνης, μετὰ τῆς θαλάττης, factâ subito ignis eruptione ex Ætna ad mare usque, nullo modo potuisse pedestrem exercitum Himilconis Carthaginien-

um